Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Philosophia I.II - Cod. Ettenheim-Münster 290

[S.l.], [Anfang 18. Jahrh.]

Articulus 2dus

urn:nbn:de:bsz:31-130078

Visual Library

Articulus 2dus.

De Moralitate actuum humanarum.

Nomine actus humani intelligitur actus liber factus cum cognitione regulae morum.

Duplicem distinguunt Authores Moralitatem, alteram formalem, quae se tenet ex parte actus nostri, alteram obiectivam, quae se tenet ex parte obiecti, circa quod actus nostri versantur.

Propositio Prima.

Moralitas actus, est relatio realis et transcendentalis actus ad regulam morum.

Probatur 1mo, esse relationem ad regulam morum. Nam hoc constituit moralitatem actus, quo solo posito actus est, et dicitur moralis, atqui hic est relatio actus ad regulam morum; ergo moralitas actus est relatio actus ad regulam morum. Maior patet.

Probatur minor. Relatio actus ad regulam morum, est conformitas vel difformitas cum illa regula; sed posita hac conformitate vel difformitate, actus est, et dicitur malus; ergo relatio actus ad regulam morum est quo solo posito actus est et dicitur moralis, atque ita sola constat, non est.

Probatur minor. Per hanc conformitatem vel difformitatem, differt ab omni alio morali; ergo eius moralitas consistit in illa conformitate vel difformitate. — Antecedens patet.

Probatur consequentia. Per hoc unumquodque constituitur, per quod differt intra ab omni alio, ergo si actus moralis per conformitatem vel difformitatem differt ab omni alio, per ipsam quoque est et constituitur moralis.

Probatur 2do. Hanc relationem esse realem.

Actus moralis nemine cogitante est conformis vel difformis suae regulae,

vel eius conformitas non pendet ab operatione actus.

Probatur antecedens. Actus moralis ex sua natura est liber, atqui implicat illud poni, quod non habeat conformitatem vel difformitatem cum sua regula, neque ex difformi potest fieri conformis, nisi non idem actus solum, ut addidi proinde.

Hinc patet eum relationem hanc esse essentialem et consequenter transcendentalem.

Solvuntur Obiectiones.

Obiicies primo. Moralitas potest separari ab actu morali, ergo non est illi intrinseca.

Probatur antecedens. Comestio carnis die prohibita facta a Petro cognoscente legem prohibentem eadem est, etiamsi non cognosceret legem, et tamen in primo casu est moralis, et in secundo non, ergo moralitas potest separari ab actu morali.

Respondeo distinguo antecedens. Comestio carnis est eadem, quoad actionem externam concedo antecedens, quoad internam, hoc est volitionem manducandi nego. Et consequentiam. Ergo moralitas potest separari ab actione externa concedo, ab interna nego consequentiam.

Itaque Comestio externa, sicut omnes alii actus externi per se solum non moralis est, nec bonus nec malus moraliter, dicitur tamen moralis per actum internum voluntatis, unde potest ab illo separari moralitas: At actus internus dicitur per se solum habet conformitatem vel difformitatem cum regula sua, sicut enim loquendo diximus esse actum illicitum, per se solum est conformem vel difformem regulis logicae.

Instabis. Atque est enim idem actus voluntatis, sive Petrus cognosceret legem sive non, ergo nulla solutio.

Probatur consequentia. Velle manducare carnem propter idem motivum, atque remanente eodem motivo est idem actus, ergo est idem actus, ergo.

R. Distinguo maj. Velle manducare carnem potest idem motivum v. g. propter satisfacere gulae, et istud motivum eodem modo moveat nego maj. Et non moveret eodem modo con. maj. Et min. remanente eodem motivo et eodem modo movente con. maj. Et non movente eodem modo nego maj. et consequentiam.

Itaque quando non adest cognitio legis prohibentis non retraheret petrus ab esu carnis per illam legem, at lex cognita nec ad retrahet voluntatem ab esu carnis. Verum comedit carnem nisi resistendo huic motivo esse eum retrahendi ab esu carnis.

Hinc enim patet actum nostris, qui bene eliciuntur contra prohibitionem huius legis, i. e. antequam haec lex non cognoscitur.

Objicies 2do. Saltem conformitas actus cum lege positiva potest separari ab actu, ergo non omnis moralitas est relatio transcendentalis actus ad regulam.

Probatur antecedens. Potest tolli ipsa lex positiva, ergo et conformitas eius idea.

R. Distinguo consequens. Potest tolli conformitas remanente eodem actu nego consequentiam. Non remanente con. consequentiam.

Itaque actus qui eliciuntur ex cognitione legis non possunt stare nec elici sine lege, quia est intrinsece eius conformitas.

Propositio 2da.

Moralitas objectiva objecti lege naturali imperati vel prohibiti repetitur a proportione vel disproportione cum aliqua perfectione suprema naturae hoc est divina.

Ut hoc intelligas Nota. Deum non esse liberum ad amandas

pfectiõis suæ rāæ, et ɔsequenter necessitari ad odiū illudque, q̄d q̄
ipsis ɔtrarium ē, et ad amandū, q̄d q̄ cū illis pportionē hbet.

Probatur Propositio. Quod ex se tale ē, ut n̄ possit
à Deo approbari l improbari, hbt cum Deo intrinsecam ɔvenientiam
l disconvenientiam, atq obiecta lege nāli prohibita l impata si
fiunt, talia sunt ɔsiderata cum circumstātijs; ergo p se hbnt l ɔvenientiam l
disconvenientiam cum nāa divina.

Probatur mi. Non pt afferri alia rāo, cur Deus n̄ possit appro,,
bare ista obiecta l improbare.

Dices. Vel ista pportio et dispportio identificantur ad,,
æquate obiectis creatis, l non.

R. Identificari adæquatè; ē n relaō transcendens obiecti cum nāa
divina.

Dices. sublata volunte divina impante l prohibente obiecta
nullam haberent moralitatem obiectivam: ergo moralitas obiectiva repetitur
à volunte divina.

R. imo haberent et n haberent: quia responsio datur ex hypothesi
impossibili. R. 2do. nego maj. quia sic remaneret disproportio
cum nāa divina.

Dices. sublato Deo nulla est huiusmodi pportio l dispportio;
ergo repetenda ē à solo Deo.

R. D. antns. Completiv n̄ est con. ant. n̄ est fundamentalr n. ant.

R. 2do. Nulla est de facto ttr extri con. ant. de facto
intrinsecum ɔstitutivorum nego.

Dices. Sublata cognitiōe obiectum n̄ est cognoscibile de facto
scilicet extrinseci.

Propo 3tia.

Moralitas obiectiva lege tantum positiva imperatoriâ vel prohibitoriam, repetit saltem inadaequate â lege illa positiva

Probatur. Illud est constitutivum moralitatis obiectivae, quod est ratio, cur obiectum sit ab agente morali honeste vel inhoneste appetibile; atqui hic est lex positiva, ergo lex positiva constituit saltem inadaequatè moralitatem obiectivam

Probatur minor. Sola lege positiva sublata, eiusmodi obiecta nec haberent rationem honesti nec inhonesti, sed ad utrumque essent plane in differentia; ut patet in commentatione cerimoniae, poenae etc. Inde sic argumentor.

NB. sit aliquid inhoneste appetibile, quando lex eiusdem est vetitiva, prohibet; honeste vero, quando imperat, vel iubet, ac praecipit; quia omni ratione lex specialiter importat obligationem.

Quod non est tale per se solum, fit tale per aliquid aliud saltem inadaequate; atqui obiectiva lege positiva vel prohibita vel imperata per se sola non fiunt honesta vel inhonesta appetibilia, ergo fiunt talia per aliud, non nisi per legem ipsam imperantem, vel prohibentem, nihil non aliud assignari potest.

Dices. Lex est ratio honestatis, ergo non potest esse ratio inhonestatis, ergo non potest constituere obiectum inhoneste appetibile.

Respondeo. Distinguo antecedens. Lex est ratio honestatis, si observetur concedo. Si violetur, nego antecedens et utramque consequentiam.

Nam sicut honestum est legem observare, sic etiam inhonestum est legem violare; atque lege posita prohibente aliquod obiectum, positio eius honesta impossibilis est. Ex dictis.

NB.

Collige imo; obiecta, circa quae actus nostri versantur, alia esse praecepta lege naturali, alia lege tantum positiva, alia utraque. Item alia esse vetita lege naturali, alia lege tantum positiva, sive divina sive humana, alia utraque; alia concessa tantum; alia denique nec imperata, nec prohibita, nec concessa.

Colliges 2do. Obiecta imperata lege, seu naturali seu positiva habent rationem honesti, seu sunt honesta; nec non praecipi est, quod hoc ipso non sit honestas [illegible] saltem per legem praecipientem. E contra obiecta vetita quacunque lege hoc ipso habent rationem inhonesti, seu sunt inhoneste appetibilia, saltem in quantum prohibentur; quia nempe stante lege huiusmodi obiecta non possunt poni sine eiusmodi violatione, quod utique inhonestum est.

NB. Lex naturalis est ea, quae dare tenus [illegible] ipsa necessitate [illegible] quaerentem adeo non est liber, quae quaerentem obiecta ita lege vetita sunt, ipso iure inhonesta, quia non sunt honeste appetibilia, v. g. mendacium, idololatria.

Utraque ratio seu honesti seu inhonesti vocatur moralitas obiectiva, et quaeritur in quo consistat.

Huic quaestioni satis faciemus duplici propositione.

Respondent alii: consistere moralitatem obiectivam in convenientia vel disconvenientia cum natura rationali, quae talis: ita ut honestum sit, quidquid tali naturae decet, inhonestum vero quidquid illam dedecet. Dedecet autem, quidquid ad eius conformationem bonumque regimen non conducit. Et e contra. Alii:

Dicunt moralitatem obiectivam repetendam esse a lege et voluntate divina: ita ut honestum sit, quod placet Deo amari a nobis, inhonestum vero, quod ei displicet amari a nobis. Ex dictis.

Colliges imo. Bonitatem obiectivam, seu bonitatem obiecti esse duplicem, Aliam essentialem positam in conformitate, quam obiectum per se habet cum natura divina et recta ratione: sic amor Dei, honor parentum etc. Aliam accidentalem positam in conformitate, quam obiectum habet non quidem per se, sed propter legem positivam illud imperantem: sic abstinentia a carnibus etc.

Colliges 2do. Malitiam obiectivam esse quoque duplicem: aliam essentialem consistentem in disproportione, quam obiectum per se habet cum natura divina et recta ratione; sic est odium Dei: ablatio vitae alienae etc. Aliam accidentalem consistentem in difformitate accidentali cum lege positiva.

Propositio Quarta

Bonitas et Malitia actus voluntatis non distinguuntur à moralitate ipsorum actuum.

Bonitas et malitia actuum nihil est a parte rei, nisi honestas et inhonestas actuum; sed haec honestas et inhonestas sunt ipsa moralitas actuum, ergo.

Probatur minor. Honestas et inhonestas moralis est conformitas et difformitas actus cum regula morum, sed bonitas et malitia actuum est conformitas et difformitas actuum cum regula morum.

Probatur minor. Quidquid habet regulam, bonum est, si illi regulae conforme sit; malum vero si ipsi difforme sit; ergo bonitas et malitia actuum consistit in conformitate vel difformitate actuum cum regula morum.

Quaeres. Quomodo intendi debeat bonitas vel malitia objecti, ut inde aliqua bonitas vel malitia redundet in actum?

Antequam Respondeam. Nota. Bonitatem objecti intendi directe et formaliter est illam esse motivum agentis: Intendi vero indirecte tantum est illud esse quidem gratum cum objecto, sed non curari ab agente: sic v.g. qui dat eleemosynam ob vanam gloriam intendit quidem indirecte bonitatem eleemosynae: sed hanc non curat, seu non apponit pro motivo. Idem dicendum proportione de Malitia. Itaque

Respondeo 1mo. Bonitatem objectivam debere intendi directe, ut refundat bonitatem in actum.

Probatur. Bonitas objecti, quae non intenditur directe, non est motivum actionis, ergo nullam ipsi confert bonitatem.

Probatur consequentia. Bonitas objecti non intenta directe, est bonitas neglecta ab agente, sed bonitas neglecta, non reddit bonum agentem, ut patet in eo, qui temperat a gula solum parsimoniae studio, nemo non illud laudabit.

R. 2do. Ad hoc, ut malitia obiectiva reddat actum malum, sufficit ipsam intendi indirecte.

Probatur. Inordinatum est quocumque modo id quod fugiendum est, prosequi; sed obiectum quodlibet hoc ipso, quod malum est, fugiendum est; ergo inordinatum est illud quocumque modo prosequi.

Dices 1mo. Actus non est laudabilis, nisi intendat directe obiecti bonitatem; ergo a pari nec vituperabilis est ratione obiecti, nisi directe intendat malitiam obiecti.

R. Nego consequentiam. Disparitas est, quod bonum sit ex integra causa, malum vero ex quolibet defectu. Sic ut actus sit bonus requiritur ut non tantum finis, sed etiam obiectum et circumstantiae sint bona. E contra ut actus sit malus sufficit, si desit vel debitus finis, vel obiectum licitum vel circumstantiae congruae. Sic etiam intentio bona non potest malum actum rectificare. E contra mala intentio, actum de se bonum depravat.

Dices 2do. Potest actus bonus libere obiectum malum, v.g. odium peccati ipsum peccatum, et econtra actus malus potest libere obiectum bonum, v.g. odium Dei.

R. Nego antecedens quoad utramque partem. Quoad primam, quia obiectum odii peccati non est peccatum simpliciter, sed peccatum ut detestandum, atque peccatum detestandum est obiectum morale bonum: bonum non est peccatum detestari. Quoad 2dam, quia obiectum odii Dei non est Deus simpliciter, sed Deus spectatus ut malus: quod obiectum malum est, repugnat enim rectae rationi Deum esse malum vel iniustum vel crudelem.

Propositio 5ta.

Bonitas actus Moralis consistit in positiva conformitate actus cum regula morum.

Probatur. Bonitas cuiuslibet, quod habet regulam, consistit in conformitate

cum illa regula; sed actus moralis habet regulam: ergo bonitas eius consistit in conformitate cum illa regula.

Minor patet ex propositionibus praecedentibus et ipsa natura actus moralis.

Probatur major: Primo inductione omnium, quae habent regulam.

2do. Posita sola conformitate cum regula morum, nihil in actu potest desiderari, quod habeat eum bonitatem quam habere potest in genere moris; ergo etc. quae spectatur illa relative ad suam regulam.

Denique actus suae regulae conformis, est laudabilis propter illam conformitatem; ergo est bonus moraliter, neque enim dici potest aut malus aut indifferens.

Propositio Sexta.

Malitia formalis Peccati seu Actus peccaminosi consistit in positiva difformitate Actus cum regula morum.

Probatur primo. Quia ille actus est malus, in quantum est difformis regulae morum; ergo malitia eius consistit in difformitate eius cum regula morum. Atque haec difformitas est positiva, non vero designatur absentia positiva actus; ergo malitia actus moralis consistit in hac difformitate.

Probatur antecedens. Posita sola difformitate in actu, actus est et dicitur malus; quia ille est malus, in quantum est difformis regulae morum etc.

Probatur antecedens primo. Posita sola conformitate cum regula actus est et dicitur bonus: ergo a pari sola posita difformitate actus, est et dicitur malus.

Prob. 2do. Ja tum actus e malus in quantum e violatio legis, q[uae] e violatio legis   positivam includit difformitatem: q[uia] posita sola difformitate in actu actus e et dicitur malus.

Resp. Per positivam difformitatem actus quam dicit malum, et tum realiter, non autem formaliter.

Contra est. Per positivam conformitatem cum lege actus e formaliter bonus: ergo a pari per positivam difformitatem cum lege actus e formaliter malus.

Resp. Actum in lege malum formaliter esse per privationem rectitudinis debitae.

Contra est. Vel haec rectitudo e debita actui vel voluntati.

Resp. alii dicunt debitam actui, alii voluntati.

Contra primos. Actui malo v. g. odio Dei, nulla debetur rectitudo, ergo non privatur eadem.

Prob. antecedens. quod implicat esse rectum moraliter, ei nulla debetur rectitudo moralis; sed odium Dei implicat esse rectum moraliter, ergo ei nulla debetur rectitudo moralis.

Resp. odio Dei sicut et omni alii actui malo naturam deberi rectitudinem ratione differentiae, et dici ratione generis.

Contra est 2do. Malitia moralis non dependet a perfectione actus. 2do non daretur a parte rei malitia formalis, nec consequenter peccatum formale.

Prob. antecedens. Non daretur a parte rei formalitas malitiae formalis, ergo nec ipsa.

Prob. antecedens. Formalitas privationis est ratio generica actus, siquidem secundum illos privaretur tum privatione generis, q[uia]

non datur à parte rei ratio generica praecisa in individuo.
Deinde ratio generica et ratio differentialis non distinguuntur à parte rei ~~ratio generica praecisa in individuo~~ quia si actus non privat ratione differentiae, nec privat ratione generis, ne duo praedicata contradictoria eidem conveniant.

Contra 2do est. 1mo quidem est formaliter rectitudinis et privationis eius; sed actus est forma rectitudinis; ergo non immediate rectitudinis, quia est formaliter privationi, quia ipse privat.

2do. Actus quidem privat rectitudine, dico, quia debet actum formaliter disponere legi, quia prius est actum esse malum quam nostrum privari rectitudine debita. Fateor tamen malitiam formalem spectatam relate ad nostrum consistere in formaliter in privatione actus debiti, non ita tamen si consideretur relate ad actum.

Solvuntur Obiectiones.

Obijcies 1mo: Sancti Patres docent peccatum esse nihil, esse privationem, non esse speciem vel naturam, non esse à causa efficiente sed deficiente; quia peccatum non est actus positivus deformis regulae morum.

Respondeo 1mo: Sancti Patres loqui de malo absoluto, quale fingebant damnati Manichaei, quod nempe esset per speciem suam et naturam omnino malum, sicut Deus est natura sua per suam omnino bonus.

Respondeo 2do: Dum Sancti Patres dicunt peccatum esse privationem, illud spectant relate ad nostrum, quem privat actu bono, quod etiam nostro fatemur. Dum vero dicunt esse à causa deficiente, id est deficiente à regula morum seu lege. Unde patet cur peccatum non possit tribui Deo, quia nempe non potest esse causa deficiens à lege, quia nullam habet.

Instabis 1mo. si malitia ~~actus~~ moralis actus peccaminosi sit positiva eius difformitas cum lege, Deus erit causa pecti, quia e causa ois positivi, falsum consequens, ergo

R. ut supra alias de concursu: ipse erit causa pecti physica, hoc e produceret physice id, quod respectu creaturae pctm e con. maj. erit causa moralis nego maj. sic dist. maj. 2. cons.

Causa moralis peccati ea e, quae ponendo aliquod actum deficit a lege aut eum illud fieri prohibente: quod certe ei Deum cadere n pt. siquidem ipse n habet legem, quia ipse n habet superiorem, a quo obligandus lex est.

Instabis 2do. si malitia actus consistit in positivo, quod e ens.
1mo R. 1. concedo totum.

Dices. Ergo e bona, quia ac ens bonum e.

R. 1mo. quaerendo an odium Dei sit bonum e cum certam sit ens. Dices. e bonum transcendentaliter con. moraliter nego.

R. 2do quod hoc ipsum adargutum e bona transcendentalis con.

Itaque bonum transcendentaliter e idoe, cui nil deest in suo genere, sic bonum e ois eum defectus positivus, error.

Dices. Omne id quod e bonum, e etiam amabile, sed malitia pecti n e amabilis, alioquin posset appeti malum qua malum: ergo.

R. dist. 1mo maj. omne quod e bonum morale l utile l iucundum e amabile con. maj. omne quod e bonum transcendentale nego. con. min. d. cons.

Instabis 3tio. Deus continet in se oe bonum eminenter transcendentale, sed n continet malitiam formalem pecti, ergo n e bona eminenter transcendentaliter.

R. 1mo. retorquendo. Actus odii Dei e intrinsece malus: ergo n continetur in Deo, ergo n e ens positivum, quod oes consequens falsum sit.

R. 2do dist. maj. contineret in genere cãa physica con.
maj. in genere cãa moralis et defectibilis à lege nego.
Si detracta maj. n. seq.

Itaq. sicut Deus ẽ cãa physica oĩs entis, ità et illud con-
tinet physicè, n̄ t̄n in eo cãa moralis pcti, quia n̄ pt deficere
à regula, sed hoc soli creaturæ convenit.

Instabis 4to. Quod ẽ in se bonum, pt ẽe alteri
bonum; sd malita formalis neqi bona ẽe pt, q̃ n̄ ẽ bona in se.
R. dist. maj. quod ẽ bonum relativum pt ẽe alteri bonum
con. maj. quod ẽ bonum absolutum et in moralibus nego maj.
concessa m. d. consq. ẽ bonum relativè con. consequentiam
transcendentaliter nego.

Itaq. nec pt ẽe alteri bonum, nisi sit cãi sit conveniens
et consequenter nisi sit bonum relativum. Secunda pt̃m
ẽ aliquod bonum physicum, in quantum ẽ exercitium vitale
voluntatis.

Objicies 2do. Si malita formalis consisteret in
positivo n̄ posset subjectum suum reddere malum, falsum consq.
Probatur maj. Nulla forma pt reddere subjectum suum
malum, nisi ipsi adimat aliquid; si malitia formalis consistat in
positivo nil adimeret subjecto suo, ergo n̄ pt subjectum suum reddere
malum.
Probatur maj. Cui nil deest, in pt dici malum,
idem, ergo forma quæ nil adimit subjecto, n̄ reddit illud malum.

Ri frigq actus. Caim dicit, n est dici malud, quod nil addit difforme con actus. quod adit aliquid difforme rego actus. et sic prae frigq. fore qp nil addit objecto, a nec sit illud malum; quod nec addit difforme con. ehq. quod aliquid addit difforme rego ehqd.

Itaq sicut licet q positivum proiicere nil tolatur addit tn saepe aliquid difforme, v.g. si fentad digitad nil tollit a manu, et tn addit aliquid difformes.

Deinde si malitiad consideremus relate adi ... tollit aliquid: p se n e formalis exclusio actu boni appositi.

Articulus 3tius
De Actibus Indifferentibus.

Vidimus hactenus objecta externa, alia quae actus agentis necessitant, alia esse prohibita lege naturali, vel imposita; Alia lege positiva sive divina sive humana; alia denique nulla lege, nec imposita nec prohibita.

Quaerimus hic an ex dentur actus interni agentis cognoscentis regulam morum, q nulla lege nec praecipiantur nec prohibeantur, et q consequenter nec legi difformes, nec ei positivae conformes, sed proinde indifferentes sint, spectatis omnibus, h. e. tam objecto, tam fine, tam circumstantiis.